

Quia igitur voluntas est regula et mensura omnium factorum nostrorum merito et demerito. et ipsa proprie utimur ad merendum et demerendum. recte dicitur est ut eo animo et ea voluntate qua iuste et iniuste iudicamus alios eodem animo et eadem voluntate recipiamus iudicium de pena vel de premio. Unde si voluntate temeraria alique iudicamus illa temeritas erit illa que nos puniet. et si mensura iniqua. et iniqua voluntate utimur ad vendendum vel ad reddendum aliquid proximo illa voluntas iniqua vel mensura erit causa quare iudicemur. et vniuersaliter illa voluntate propria qua homo bona vel mala opera facit vel aliorum facta iudicat eadem iudicabitur ad miseriam vel beatitudinem consequendam. Cum voluntate ergo recta et iusta facit nos eternus iudex in suo conspectu puniri ut satiemur cum apparuerit nobis gloria eius qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Explicit summa de ecclesiastica potestate edita
a fratre augustinio de ancona ordinis fratrum
heremitarum sancti augustini Colonie agrippine
edita ac finita per me arnoldum ther hurne. An
no incarnationis domini M. ccc. lxxv. die septimo kalendas
februarii.

